

nimis aestimatoribus Diuus Augustinus
 præclaro illo capite decimo sexto, libri quar-
 ti De doctrina Christiana, ubi de præce-
 ptorum necessitate grauitèr disserit. Ipse
 hoc loco id tantum subiiciam breuiter; con-
 cionem ecclesiasticam non esse opus natu-
 rale, alioquin enim & ubique idem, & o-
 mnibus hominibus ex æquo commune fo-
 ret: quod si naturale non est, necesse est, ut
 ex habitu aliquo proficiscatur; hæc enim
 duo sunt actionum humanarum principia;
 si ex habitu concionandi actio promanat,
 erit is vel diuinitus infusus immediatè,
 qualis fuit in Prophetis & Apostolis, vel
 per ordinaria media Spiritu sancto largi-
 ente acquisitus, qualis est hodie in mini-
 stris verbi: at verò quicquid animus ho-
 minis acquirit extrinsecus, id omne acqui-
 rit præceptorum institutione, exemplorum
 adumbratione, & usu atque exercitatione;
 hinc illud scitum Quintiliani; Nihil, in-
 quit, est perfectum, nisi vbi natura cu-
 rà adiuuatur. Cura autem est præcepto-
 rum & exercitiorum; & memorabilis est
 Plutarchi sententia in opusc. De instit. puer.
 Ἡ φύσις, inquit, αὐτὸ μαθήσεως, τὸ φλόγ.
 ἢ ἡ μάθησις διχὰ φύσεως, ἐπιπέε· ἢ ἡ ἄσκη-
 ςις χεῖρε